

Christian Benjamin Otto Johann Heinrich Sommer

[...] sive Sepulcrum Christi Cum Divite

Lipsiae: Literis Gözianis, 1700

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn796634653>

Druck Freier  Zugang





49. el. 4.

44.

Fa-1092 (44)

1. Joach. Justus Rau de polibus sacrae paginae Gen 1753.
2. Jo. Heinrich Rufin structurae in Pentateuchum Werthemanse
& Gen 1755.
3. Geogr. Megeri specimen quaestivum exegeticarum in hexameron
creationis ad Gen 1. Inest. 1689.
4. Eiusdem specimen clavis philologicae in priora commata Gen 1. ib. ead.
5. Jo. Andr. Darius de Caino contra neceam praemunito. ad Gen 4.
15. Gen 1681. reus. ib. 1752.
6. Jo. Heinrich Rufin de Abrahami evocatione ex Vr. Jen 1681. reus. 1752.
- # D. Abrah. Calovius de mirabili cum filio Dei Jacobi lucta. Witeb 1692.
7. Jo. Carp. Krause de $\eta\theta\pi\tau$ $\gamma\prime\tau\eta$ $\delta\prime\gamma\epsilon$ $\chi\lambda\omega\mu$ $\nu\epsilon\iota\sigma\tau\epsilon\sigma$
ad Gen 22. v. 24. 1706.
- # 7. Geor. Sigism. Greerius de huc religioni ab Abrahamo conferata
ad Gen 22. 29. Lips 1705.
10. Jo. Friedr. Stappella de vonu ^{la} Man ad Exod 27. Witeb 1694.
11. Theod. Dassonius de panibus saierum. ad Exod 27. et Levitic.
22. 14. Witeb 1692. reus. ib. 1716.
12. Jo. Friedr. Lofani de sacrificiis quotidianis ad Exod 29. 1. Ac.
41. Lips 1718.
13. Jo. Christo. Orthobius de jejuniis Moysi quadragesimali
Exod 34. 1. v. 28. Lips 1702.
14. Christo. Fontage paralipomena de liquoribus de Exod 27. 10.
15. Henr. Jac. von Basthuysen de manipulo hederaceo ad
Levitic 24. 9. - 6. Jen. 1754.

16. Jac. Schmalzius de vxore Moysi Aethiopsa ad Num. 21. 1. Lips 1679.
17. Matth. Hellerus de Hebraeorum vestibus fimbriatis ad Num. 21. v. 37. 44. Tubing. 1701.
18. Jo. Christo. Ortlobius de morte Agaronis ad Num. 21. 27-29. xxxiii. 30. 39. Feuterom. x. 6. Lips 1704.
19. Jo. Trisehmius de Propeta Moysi parte. ad Deut. xviii. 15. Lips 1675 reuig. ib. 1736.
20. Theod. Darsonius de suspensio hominis lapidibus obruti ad Deut. 21. 22. et Gal. iii. 10. Witob 1694. reuig. ib. 1736.
21. Just. Christo. Schomerus de arcanis Ichonae ad Deut. 21. 29. Rost 1690.
22. Jo. Barlschius de sepulchro Moysi ad Deut. xxxiv. 6. Lips 1703.
23. Jo. Georgii Abichtius Commentarius Reflexio in Iosue. Lips 1712.
24. Jo. Georgius Abichtius de patione solis ad Jos. x. 12. 10. 14. Lips 1713.
25. 26. Jo. Georgius Abichtius de libro reati ad Jos. x. 13. et 2. Sam. 10. Lips 1714.
27. Franc. Mr. Waltherus de iis qui per regentes suos conuocantur et lamo scribae intelliguntur. Rost 1714. ad Iud. vi. 10.
28. Jo. Friedr. Maierus de vulpeculis Simpsonis ad Jos. xv. 4. Witob 1690.
29. Seb. Schmidius de fasciculo vinearum ad 1 Sam. xxvi. 29. Argent 1660 reuig. 1731.
30. Jo. Christo. Ortlobius de Suiden delictis coram Aethiopsa ad 1 Sam. 21. vii. xvi. Lips 1706.

- 31. Jo. Andr. Schmiedius de regina austri ad 1 Reg. X. 1 Reg. Gen. 406.
- 32. Laur. Müllerus de origine regni Damasceni tempore Israeli.
Larum ad 1 Reg. XI. 23. 24. 25. Lips. 1714.
- 33. Franc. Mr. Wackerus de pœna flagellorum et scorpionum ad
1 Reg. XII. 14. Antel. 1731.
- 34. Car. Friedr. Cerardus de hominibus a bestiis eantibus ad
1 Reg. XVII. 6. Lips. 1703.
- 35. Henr. Gottlieb Reimius de numero annorum regiminis Je.
hofakapathi ad 1 Reg. XXII. 42. 2 Chron. XXV. 31. 2 Reg. VIII. 1.
et VIII. 16. Jen. 1740.
- 36. Henr. Gottlieb Reimius de harmonia inter Joram, Achaz
et Joram ad 1 Reg. XXII. 51. 2 Reg. VIII. 24. 2 Chron. XXI. Jan. 1713.
- 37. Jo. Andr. Schmiedius de Cefaco ad propheta
ad 2 Reg. III. v. 15. Helust. 1715.
- 38. Jo. Ernes. Müllerus de Yay terra Jobi Lips. 1678.
- 39. Jo. Georg Abichus de Gele Jobi ad Job. XIX. 25. 26. 27. Lips.
1708.
- 40. Jo. Henr. Michaelis de sensu verborum Job. XVIII. 25. ad fin. Hal.
1715.
- 41. Gerh. Henr. Meinkanus de osculo manus ori dato ad Job. XXXI.
27. Lips. 1711.
- 42. Jo. Trifschmuthus de Eli, Eli Lama Sabachthani ad Ps. XXII. Je. 16.
- 43. Christo Sondagius de Trinitate Catholica ad Ps. XXXIII.
6. Act. 1660. reus. ibid. 1706.
- 44. Gottlob Adolphus de Blamis filiorum Korah. Lips. 1706.
- 45. Jo. Engelh. Steaberus de pœna originis ad Ps. LII.
17. Antel. 1731.

10. Nanz
d. Nun
27-29.
Eut. XVIII.
Abrih ad
1706.
Deut. XXXI
XXXI
Lips. 1712
2. 10. 14. Lips.
1708.
12. Laut.
vocantes cas
1711.
14. Witel
160.
29. Argent
Achis Lips.

46. Zach. Grapus de decoribus sanctitatis et oris aurorae et rore
juventutis Mesfiae ad 1^o c. 9. Hoff. 1708.
47. Jo. Kristi Burgmannus de aurora in lege, testimoniisque confirmata
Cap. VIII. v. 20 Hoff. 1795.
48. J. Georgius Abichtus de orculo Jesaiaens Cap. I. c. 1. coll. Math. II,
15 Lips. 1708.
49. Joan. de gaudio gentium aduentu christi multiplicato. ad Jes. IX,
3. Lips. 1700.
50. Henr. Jac. van Barchuisen de vexillo Mesfiae erecto inter gentes.
ad Jes. XI. 10. Lem. 1717.
51. Jo. Schmidius de epulo solenni in monte Zion ad Jes. XXV,
6. Lips. 1719.
52. Christi. Benjamin Otto de sepulchro christi cum dante ad Jes. III,
9. Lips. 1700.
53. Jo. Andr. Danzius de Nuptiis resurrectionis humanae. ad
Jes. LIII. 10. 1 Pet. I. 18. 19. Jen. 1700.
54. Josias Nervius Gritius de jeremia inter prophetas majores
primo Lips. 1704.
55. Friedr. Schuechius de novo foedere. ad Jerem. XXXI. 31-34 Lips. 1719.
56. Ernest. Friedr. Neubauerus de Michaelis Archangelo non creato sed
creatore Jesu Christo ad Dan. X. 13. 21. XII. 1. Jud. 9. Apocalyp. XII. 7,
1 Thess. IV. 16 coll. Zach. Cap. III. v. 2. Hal. 1792
57. Ernest. Friedr. Neubauerus de Michaelis Archangelo vindicato. Hal. 1792
58. Geor. Friedr. Schroerer de principe Bazarum Gabrieli resistente.
ad Dan. X. 13. Witel. 1729.
59. Jo. Schmidius de lapide septem oculorum pro expiendis peccatis
ad Zach. VIII. 9 Lips. 1716.
60. Jo. Andr. Schmidius novum oraculum Isaiarum Cap. LXII. 3
bis Helms. 1725.

52. 52
לשש
במה המשיח אתה עשיר

sive

SEPVLCRVM CHRISTI
CVM DIVITE,

quod

EXERCITATIONE PHILOLOGICA

ex Esaia LIII, 9.

IN CELEBERRIMA

LIPSIENSIVM ACADEMIA

Amplissimæ Facultatis Philosophicæ

Indulta

Die X Aprilis M DCC.

ipso magno Redemptionis Sabbato

placido Eruditorum Examine exhibent

PRÆSES

M. CHRISTIANVS BENJAMIN OTTO,

Vratisl. Siles. SS. Theol. Stud.

&

RESPONDENS

JOHANNES HENRICVS SOMMER,

Bignic. Siles. SS. Theol. Stud.

H. L. Q. C.

LIPSIÆ,

Literis GÖZIANIS.

Fr. M. Cret

1775

SEPVLCRVM CHRISTI
CVM DIVITE

EXERCITATIONE PHILOLOGICA

LIPSIIENSIVM ACADEMIA
Amplissima Facultatis Philosophicae

Die X Aprilis M DCC
ipso magno Redemptoris Sabbatho

M. CHRISTIANVS BENJAMIN OTTO

JOHANNES HENRICVS SOMMER



— 173 —
S. L



Abbatum adest, idque insigne Redemptoris Filii, quo post Creatoris Patris majus alterum haud existit. Clausa est tragici Theatri Scena, magnusque Salvator angustum Sepulcri subijt Conclave & lacerata in Tumulo reposita Membra. Mirentur Alii superba Principum Atria & conditas vasta mole Regum Domos, nobis lubet ad hoc divinum immortalitatis monumentum & salutare Antrum (a) paululum Oculos & cum Oculis meditationem figere, ultimumque Salvatoris diversorium brevi Disquisitione, primi speciminis Academici loco, intueri. Venerari memoriam hujus diei, & exstructa quodam Schemate Christi conditoria multo agmine visitare alibi Religio est: Cur non & nobis eodem die, Sanctissimi temporis svasu, Monumentum Sepulcrale Salvatoris Meditatione ingredi concederetur? Praecipue cum adeo memorabile sit, ut jam ab Esaia Cap. LIII. 9. veluti digito monstratum fuerit. Esto itaque insignis hic Prophetae Locus, quem Philologica Exercitatione, in quantum Cathedra Philosophica permittit, aggrediamur, & *Sepulcrum Christi cum Divite* ex eo sistamus. Ignota quidem non est ardua istius dimidii Commatis materia, non latent diversissimae Magnorum Virorum Sententiae; Venia tamen Eorum liceat nobis eam Sententiam, quam vi phraseos hebraicae cum quibusdam Philologis eruimus, hic proponere. Non quidem consummati Operis superbire volumus Gloriam, sed velut in Via indagandae Veritatis Experimentum saltem hoc Discursu facere, & auditis doctorum Virorum Disquisitionibus, accuratiori Indagatione rem sectari. Absert igitur omnis contra Veritatem pertinacia, aberunt amarae linguae praelia, cum neutrum Loci, quem tanquam placidissimi Salvatoris in requie sua repositi Conditorium videbimus, Sanctitas admittat. Veneramur Locum, quae decet, reverentiam, & uti Hieronymus olim collapsa Davidis Sepulcri Rudera Cathedram suam precatoriam consituebat, (b) ita Nos eam dicturi sumus modestiam, ut Sepulcrum

A 2
 (a) ex denominatione Eusebii Lib. III. de Vita Const. Cap. 25. 27. (b) ut ipse mentionem injicit Epist. XVII. ad Marcell.

1977

crum Christi veluti Cathedra nostra Disputatoria esse videatur. Adsit modo elevatus è Sepulcro in Thronum Gloriæ Dominus Gratiâ sua, omniaque è suprema Majestatis Cathedra benignissimo regat Præsidio.

§. II.

Fluunt autem Verba hebraici textus in Commate nostro Prophetico hac serie :

וַיִּתֵּן אֶת-רִשְׁעוֹם קְבֹרוֹ וְאֶת-עֶשֶׂיר בְּמַתְּוִי
quod ita vertimus: *Dare quidem Vóluit (populus) cum improbis Sepulcrum Ejus, sed (fuerunt) cum Divite Excelsa Ejus.*

Pauca verba sunt, sed satis difficilia, ut ex tot Versionum Varietate liquet, quarum si nonnullas adspexeris vix de Sepulcro Christi híc agi, nec imprimis ultimam vocem de Sepulcrali Monumento tractare credas. Ut enim Chaldaicam Paraphrasin taceamus, quæ Deletionem Impiorum, per atrocem mortem in Gehenna híc sistit, & LXX Versionem, quæ de supplicio Interfectorum Christi textum exponit, aliæ multæ occurrunt Translationes, quarum inferius in enucleatione Vocabulorum mentio injicietur. Ut autem cum *Abenesra, Forstero, Mercero, Schindlero, Riverto, Geiero*, & qui accurate hunc Locum explicavit, *Alexandro Moro*, (c) Anglo doctissimo, obtineamus, Prophetam h. l. historice loqui de Sepulcro Christi, quod ab hostibus quidem infame cum latronibus intentatum, directione autem DEI gloriosum & magnificum cum Divite factum exinde ostendemus, Phrasis hebraica penitus inspicienda erit, ut vi Particularum, Idiotismorum, grammaticæque derivationis Res ipsa pro sua Veritate loquatur.

§. III.

Præterimus jam ea Argumenta, quæ ad verum objectum personale eruendum circa comma nostrum adhibentur, cum ea potissimum è Contextu & collatione aliorum Scripturæ locorum petenda essent, sicque falcem in alienam messëm nos immittere cogerent. Ne itaque malam supergressionis Legum incurramus notam, tanquam indubium híc supponimus, omnino de Messia textum loqui, quicquid etiam *Grotius* cum alio quodam *Semijudæo à Jacobo Martini* (d) prostrato contranitur per iniquas suas ad Jeremiam detorsiones, quas *Calovius* Aliique plurimi fati refutarunt. Nec obtinebit aliquid R. *Don Isaac Abarbenel*, qui vel de

(c) Scripsit Notas ad Cap. LIII. Esaiæ de Perpeffionibus & Gloria Messie. prod. Amstel. 4. 1658. (d) Lib. 3. de Elohim Cap. 103. seq.

1978

de populo Judaico exiliis percusso, cum R. Salom. & Kimchio; vel de Rege Josia multo labore omnia exponit, & insignis veluti Victor magno Epiphonemate triumphat. Hujus enim versutiis abunde jam satisfecit Vir in hac literatura doctissimus *Const. L' Empeur* in Tractatu peculiari contra hunc Abarbenel & Mosen Alschechum A. 1631 adornato; nec non doctissimus Varenius, qui Eum in suo Commentario Esaiano (e) tanquam malum Interpretem castigat sufficientissime. Profligata itaque ad Tartara jaceat vana Judæorum, ejusdemque fere sortis typica Socini Interpretatio: eo lumine jam nobis Esaiana panduntur oracula, ut hic cum Aulico Æthiope isto quærere necesse non sit, de quonam Propheta hic loquatur, de se an de alio quopiam? Quare Nos potius nudæ inhærentes phrasi hebraicæ singula spectabimus Verba, & adductis subinde doctissimorum Philologorum sententiis, quicquid optimum videbitur, eruemus.

§. IV.

Ante omnia vero de Subjecto, quod verbo ירתן inclusum latet, dispiciemus: nam cum non satis liqueat, quisnam dederit sepulcrum, diversissimæ enatæ sunt Sententiæ. Alii cum LXX *Patrem*, Alii ipsum *Filium* cum Vulgatâ Subjectum constituunt, ita tamen ut quilibet in favorem sententiæ suæ affixum in קברו modo relative modo reciproce exponat. Propius autem præ Cateris sine dubio rem tangunt *Junius & Tremellius*, qui ex defectu novi in hoc commate subjecti Populum proxime nominatum huc trahunt: Eadem sententia *Moro* maxime arridet, qui Verbum ירתן neque ad DEUM Patrem neque Filium, sed, cujus modo facta erat mentio, ad populum referendum existimat; nec incongrue, nam exacerbata Judæorum cohors nondum contenta erat excidisse Christum è terra viventium, voluit etiam ut jaceret cum impiis corporibus in terra mortuorum, quò Morti per infame Sepulcrum eo majus affricaretur dedecus.

§. V.

Quodsi autem profundius aliquantum Sanctæ Lingvæ rimemur, Idiotismum, utique verbum activum ירתן indigebit aliquo Nominativo seu Subjecto, de quo hoc prædicatum enuncietur: Quodnam autem propius daremus Subjectum, quàm si Participium hujus ipsius Verbi juxta communem Philologorum & è Rabbinorum Schola proveniente Regulam ante suum ponamus Verbum, h. m. *Et dedit* sc. ירתן dans; Nam uti post Verbum activum, si accusativus deficit, Locus Ejus per pronomen

A 3

reci-

(e) Part. III. Orat. VI. ad h. l.

reciprocum expletur, ita deficiente Nominativo ante tale Verbum activum, nulli voci commodior, quam ipsi ejusdem Verbi Participio locus relinquetur. Sic cum Genes. XVI. 14. simpliciter sine præmissio Nominativo dicatur: קרא לכנר *vocavit putcum*: Optime Subjecti loco Nominativus Participii præponendus erit, h. m. *Unusquisque vocans vocavit putcum.*

§. VI.

Ne autem Regula ista nimis jejunam svadere credatur Expositionem, ita ut insolita è nostra, quam exhibuimus, expressione emergat Locutio, commodissime impersonaliter vel Passive talia loca transferri poterunt, ita ut omisso penitus Nominativo participii, dicatur: *Man nennete den Brunn*: vel passive: *Et vocabatur puteus*: & licet l. c. Genes. XVI. 14. non eodem modo locutionem hanc expresserit Lutherus, felicissime tamen alibi eandem assequitur. Sic cum Genes. XLVIII. 1. & 2. eodem dicatur modo: *Et dixit (dicens) Josepho*: it. *Et annunciavit (annuncians) Jacobo*: quam optime Luth. habet: *Es ward Joseph und Jacob angesagt*. Ut autem hæc fusius dicta ad nostrum applicemus Locum, optime impersonaliter vel passive verbum Activum קרא verti poterit, ita ut Subjectum ipsi includatur verbo, h. m. *Et datum erat s. dabatur sepulcrum Ejus*: *Man gab*/vel: *Man wolte geben*: de quo posteriori sensu inferius in Circumstantia Actus plura adferentur. Laudamus hic Versionem Gallicam Genevensem, ita impersonaliter verbum nostrum transferentem: *On avoit ordonné son sepulcre avec les méchants*: i. e. *datum erat s. dispositum ordinatione hominum*; Quò etiam Italicam Versionem & Explicationem Amamæ abire dicit Calovius (f) Expositionem Osiandri per Passivum: *Et dabitur*: simul producens. Congruit Belgica: *ende men heeft syn Graf by de Gottloose gestelt*. Sive autem Participium Verbi in Nominativo præponamus, sive Subjectum Verbo impersonali includamus, manebit tamen populus Judaicus, s. tota Cohors hostium Christi, ne Pilatus & milites excludantur, genuinum Subjectum, quod Sepulcrum Christi cum Impiis dare voluit.

§. VII.

Ut autem Circumstantiam actus plenius adspiciamus, quam jam propter intimam cum Subjecto connexionem ex parte tetigimus, duo præcipue attendenda habebimus, tam geminam Verbi *significationem*, quam peculiarem Lingvæ S. *Idiosmum*.

§. VIII.

(f) in Bibl. illustr. ad Ef. LIII. 9. p. 268. b. & 269. a.

§. VIII.

Communissimam Verbi נתן significationem, quã dare denotat, nemo ignorabit: Recesserunt tamen & in hoc difficillimo loco Interpretes à sveta notatione, suam quisque Expositionem juvare contendens; hinc aliis *Permittere*, Aliis *Ponere* placet. Ultima se monumentis & sepulchris convenientissimam probat significatio, quæ apud Flaccum de statuis & Imaginibus: *Solers nunc hominem ponere nunc Deum.* Juvabit & hoc Græcia, siquidem Homero in limine Iliados $\tau\epsilon\delta\acute{o}\nu\alpha\iota$ pro $\delta\iota\delta\acute{o}\nu\alpha\iota$ expresse probatur in suo $\alpha\lambda\gamma\acute{\iota}\epsilon\ \acute{\epsilon}\theta\eta\mu\alpha$; vice versa igitur *Ponere* pro *Dare* Hebrais non improbabitur. Ambabus hæc omnia amplectitur *Morus* (g) qui præterea *Ponere* in Inscriptionibus frequens esse, & sic h. l. ad sepulcrum optime applicari posse, evincit.

§. IX.

Parum lucis ex reliquis hujus Verbi Expositionibus scenerare poterimus, placet tamen adhuc *Rivetum* (h) audire, qui Genevensem Versionem optime ita juvari posse censet, si Verbum nostrum *ET DEDIT* æstimandi, reputandi & comparandi sumatur significatione, h. m. *Existimavit unus quisque qui Christum vidit supplicio cum sceleratis affici, in eodem etiam cum illis sepulchro sepultum iri; sed aliorum res accidit, quia mortuus, fuit cum divite, à quo sepultus est honorifice, ita ut in ipsa morte gloriæ Ejus aliquod emicuerit initium.* Quam Explicationem etiam *Constantino L. Imperator* placere *Calovius* (i) dicit, cum autem Mens Ejus non tam ad æstimationem aliorum, sed ad intentionem Populi circa נתן abeat, idcirco commodiorem Ejus mentionem infra injicere poterimus. Nec hic morabitur nos *Zach. Schiltnerus* (k) qui נתן significatione *equiparandi* exhibet; cum enim *Ponere* sepulcrum cum improbis, & illud improborum sepulchris æquiparare, idem sit, facile liquet, huncce Theologum nostrum non tam ipsum verbum, quàm sensum è tota phrasi fluentem expressisse.

§. X.

Acquiescamus vero in significationibus præcipuis *Dare* vel *Ponere*, cum neutra sententiæ nostræ adversa deprehendatur, & Lingvæ S. adhuc intueamur Idiotismum. Sepulcrum Christi nunquam hostes cum Improbis actu dedere, quare commodior activi verbi quærenda erit Expositio. Nihil autem impedit, quin Judæum hinc cum Moro sequamur, eundemque *Abenesram*, verbum actus נתן per Intentionis verbum explicantem. Robur adest dictis: quis enim נתן Jos. XXIV, 9. licet actum notet, ita

(g) in ipso suæ Explicationis limine p. 34. fin. (h) in Explic. hujus Cap. Tom. II. Opp. p. 32. (i) in Bibl. Illustr. p. 269. (k) in Comment. Esaiano ad l. J.

ita exponeret, ut Moabitam actu contra Israelem pugnasse diceret ante ablegationem suorum ad Bileam, nisi ipsi historiae S. contradicere nitentur? Quemadmodum itaque *Intentio per Verbum actus* in Balaaco notatur, quare non per ויתן intentionem hostium Christi expressam dicemus, expositione sane ipsi Eventui quàm commode respondente? Nec vis timenda voci: retineamus *Et dedit, & posuit*; quid addere prohibebit: *DEDIT* s. *POSVIT intentione sua*, vel *optavit ponere* unusquisque hostium Christi Sepulcrum Ejus cum improbis? *Pugnavit itaque Balaac intentione* s. optavit pugnare, numerofo tamen Israelis Exercitu, gelidoque, qui per illa currebat, terrore impeditus, plane uti Caterva hostium JESU intentionem suam alio Eventu frustratam habuerunt. Licet autem Abenefra aliter Intentionis verbum applicet, gaudet tamen *Morus* se *Verpos* in hac Interpretatione consentientes habere, totamque Judæi phrasin ita meliori expolit sensu: *Cogitavit Judæus sepulcrum Ipsi dare cum improbis*. En quàm congruè iterum Genevensis, quæ per *Ordonné* nihil aliud notat quàm dispositionem & ordinationem Sepulcri JESU in mente & voluntate hostium. Et huc melius adesto *L' Empercur*, qui non tam ad Riveti significationem *estimandi*, quàm *volendi & intentionis* cum Abenefra & Moro accedit: Ipse sui ipsius esto Interpret, ita se explicans: *Constituens animo* (sc. populus) ut cum improbis Latronibus sepeliretur.

§. XI.

At quonam significatu γ in ויתן veniet? rara enim, quæ in Hebraica Lingva est, particularum seges ultra 70 significationes literam hanc induere, seque in tot versare jubet formas, uti diligentissimus talium rerum observator Noldius (1) observat. Communissimam vim copulandi quidam huc trahunt, quàm LXX fere ubique per suum ו exprimunt. Sed liceat nobis propter alterum γ in ויתן litteram hanc per *Quidem* vel *Licet* vertere, cui insequens γ vi adversativa per *At* vel *Attamen* respondebit, h. m. *Dare quidem voluerunt*, vel: *Licet Ponere voluerint cum Improbis Sepulcrum Ejus, attamen cum Divite (fuit) Monumentum Sepulcrale Ejus*. Tuebuntur expositionem nostram litteræ γ loca Ruth. II. 13. Pf. 139. 11. Ef. 30. 20. &c.

§. XII.

Sed ulterius vela danda erunt. Sequitur ויתן cum *Improbis*: Sunt illi cum quibus Sepulcrum Christo dare s. ponere annisa est cater-

(1) In Concord. Partic. Ebr. Chald. p. 268. seqq.

caterva hostium. Ulro se offert omnibus apertissima vocis significatio, utinam eadem facilitate applicatio! Non iterum huc vocabimus Chald. & LXX, Peccatores in genere, aut in specie Christi Interfectores hinc sistentes. Aliosum hæc vox Junium rapit, cui Gentilibus hoc nomen applicare volupe est, cum & alias ἀνομοι & ἀμαρτωλοι audiant. Vix tamen hinc cum Moro & Drusio (m) Aliisque Latrones duos in crucibus suis conspicuos prætermittere possumus, Improborum nomen κατ' ἐξοχην sibi vindicantes, alioque nomine præter id quod ex facinoribus illis surgit, vix notos: His enim ut in modo supplicii sic etiam in sepulcro sociare JESUM hostibus mens erat, nisi superius impedivisset Decretum.

§. XIII.

Admiramur hinc favem quorundam Expositionem per abstracta, quibus עשירי uti postmodum עשיר non improbos & divitem sed Improbitates & divitias notat. Ediderunt eandem Interpretationem ὁμοφώνως conceptam uno Anno (n) Glassius & Wellerus, quibus Bernhardum Zieglerum, nobilem Misnicum, & Ebraicæ Lingvæ apud nos Professore ex Matthesii Vita Lutheri adjungit Geierus, (o) propriaque Autoris sinit verba: Messias ist arm gestorben / daß Er uns reich mache/ und hat unser gottlos Wesen in sein Grab verscharrret und verschlossen. At quamvis non tenui se commendat Expositio hæc dulcedine, atramen hæc præsentia concreta absque Exemplo vix mutari posse in Abstracta, veniantorum Virorum, cum Noldio (p) notamus, nusquam enim facile עשירי de improbitatibus, & nunquam עשיר de divitiis adhibitum monstrabis.

§. XIV.

Etiamsi autem Reliqui nostrum nobis largiantur concretum, eheu tamen in quot partes scinduntur in exprimendo nominis Casu Philologi! Infallibilis quibus מן quarti casus nota ex errore satis communi videtur, in accusativum ruunt; & in hoc sequuntur Chald. & LXX. quibus accensetur Vetus Germ. (Norim. 1518) Er giebt die Ungütigen vor die Begräbnis: it. Dietemb: Er wird die Gottlosen für sein Begräbnis geben. At dicis: ad minimum post verbum activum quarti casus notam מן

B con-

(m) qui vid. ad Loca diffic. Pentateuchi, in Levit. Cap. 80. p. 323. (n) Glassius A. 1634 Grammaticam (quæ vid. p. 3.) Jenæ, VVellerus Eplicat. Cap. LIII, ff. VVit. publicabat eodem tempore. Præter quos duos m. Gerhardum in Harm. & VValtherum in Miscell. Noldius citat in Concord. Part. p. 895. (o) in disp. inaugur., de Messie Morte, Sepultura & Resur. A. 1645 habita. (p) l.c. p. 895.

1983

constitues, sicque post **ויתן** accusativum concedes: Sed faciles hinc daremus manus, nisi **קברו** alius accusativus sequeretur, qui particulam **את** hoc modo ab officio sveto absolvit. Et licet duplicis Accusativi post act. verbum rectio nobis ignota non sit, alia tamen obstant, quò minus h. l. talem, uti Hackspanius, admittamus expositionem.

§. XV.

Magis Aliis Dativus placet, utpote cui non raro **את** praenitur, quod cum aliquibus hanc partic. soli accusativo vindicantibus inficias ire non possumus, duobus inter tot alia fulti exemplis Lev. XIII. 49. XVI. 15. Non tamen hic *Dativo* dabimus locum, quod *Cloppenburgius* (q) facit, qui ad tuendam suam cum Junio versionem, omnes fere Interpretes in expressione casus hujus sibi consentientes, sed gratis, gloriatur.

§. XVI.

Felicissima sine impedimento nos ducet via, si **את** non pro nuda casus notâ, sed consignificativâ assumamus particulâ, ut in significatione *cum*, post se **רשעים** in requisito regat casu. Promptissimo sequimur hic pede *Vatablum, Rivetum, Morum, L'Empereur & Alios*, nec non *Schilterum*, (r) Lutheri particulam comparandi eodem exponentem sensu. Pari tenore Anglicana nobis praestit versio: *with the wicked*: quam ut felicem satis in plurimis alias sequi possumus: nec aliter Genevensis: *avec les méchans*: & Belgica: *by degottloose*: Procul non abest *Munsterus* per suum *apud*: Longius tamen LXX & Hieron. per *avti pro*: nulla enim his favet in textu obvniens commutatio.

§. XVII.

Militant pro acceptione partic. nostrae loca Genes. XV. 18. II. Sam. XVII. 12. Es. LIII. 12. Magni tamen Viri in nos hinc experimur tela, qui **את** post **נתן** semper expletivam casuum notam constituit: Sed liceat retorquere notum inter Philologos Canonem, quod **את** post verb. act. non minus consignificative quàm nude casum notans veniat: cur ergo post **נתן** eandem particulam denegaremus vim, quam post caetera act. verba sibi jure optimo vindicat? Respondet jam activo verbo suus accusativus **קברו**, quare ultro se format ex **רשעים** ablativus, per **את** legitime regendus h. m. *cum improbis*. Adest in levamen ulterio- ris operæ locus Genes. XV. 18. planissima facie **את** post verb. act. in significatione *cum* ad suum ablativum, & tum demum accusativum verbo act. respondentem exhibens.

§. XIX.

(q) in Enarratione Cap. LIII. Es. quam in feriis Canicular. Basileæ A. 1614. proposuit: edita est cum quibusd. Ejus Opusculis Franck. 12. 1652. quæ vid. p. 38. (r) in Schol. Esai.

§. XIII.

Tetigimus, jam accusativum ad verb. anteced. referendum : Est is קבר Sepulcrum Ejus. Famosa sepulcri notatio patet vocis קבר unde transpositis literis Forsterus Germ. Grab deducit. Chald. Infernum, transposuit: minime tamen vocis קבר ea patet latitudo, quæ vocis שאר sepulcrum & infernum designantis. Generalis autem hæc vocis significatio certam sepulcrorum speciem determinare prohibet: interim quia vilissima etiam ita notantur conditoria, & asinina per קבורה exprimitur sepultura, Forsterus (s) cum aliis vocem קבר ad plebeja sepulcra & leves fossas aliquantum restringere conatur, imprimis circa hunc locum, ubi viliori huic sepulcro postmodum במרה s. Excelsa cum divite monumenta opponuntur, quorum inter majores splendores sepulcralia eminent fastigia.

§. XIX.

Minime autem ex קבר metaphoricum tantum cum Calvino, Sculteto, & Marlorato sculpiimus sepulcrum, quasi Contumulatio anxietatum hinc exprimeretur: nec Synecdochica arridet acceptio, ut sepulcrum pro nece positum putes. Longius utique hæc petita Aliis videntur, quare קבר non quidem stricte de loco contumulationis, propius tamen quam illi, de Loco occisionis exponunt, uti Domus Idoli vocatur Sepulcrum Sennacheribi Nah. I. 14. cum tamen in eâ modo à Filiis occisus fuerit: adeo ut his ultimis Locus Occisionis, mons Calvaria, tantum communis Christo cum Latronibus fuisse asseratur. Optime vero Morus qui hæc affert, (t) demum ad propriam Sepulcri descendit significationem, quoniam Intentio hostium omnino fuit in albente ossibus agro idem cum Latronibus Christo dare Sepulcrum, levique humo sanctum corpus condere. Non enim humatio Interfecti fuit in Sepulcris Patrum, sed duo sepulcra parata erant à Synedrio, unum occisus gladio & strangulatis, alterum lapidatis & combustis: Illic ex more JESVM sepeliendum fuisse, nisi pie audax Josephus impetrasset, ut honestius humaretur, Lightfootus (u) asserit.

§. XX.

Abjectum tale Sepulcrum cum Improbis dare quidem volebant Christo Hostes, SED (FVERVNT) CVM DIVITE EXCELSA EJVS: מרתו עשיר ואת עשיר במרתו sic enim cum Moro & quibusdam antiquioribus hoc, quod reliquum est, vertimus, retinendo eundem מרתו significatum, qui supra placebat: nec de ג magna hinc ferenda erunt lites, cujus vis

B 2

adver-

(s) iu Lex. Hebr. in voce במרה (t) in Notis suis p. 85. (u) in Horis Hebr. & Talm. ad Matth. XXVII. 58. p. 499. Edit. Carpzov. Lips. 1684.

1988

adversativa omnino post illud superius ך locum habebit, ita ut hoc ultimum Membrum superiori tanquam contrarius opponatur Eventus. Vim autem adversandi in ך reperies Prov. XIII. 21. Jud. I. 21.

§. XXI.

Facile autem est Ellipticam hic agnoscere locutionem, facilius id quod concisa Phrasis non expressit, supplere: Repetas itaque, si placet, superius verbum in justo casu, h. m. *Sed (data sunt) Excelsa Ejus*: Dura autem si videtur illa repetitio, simulque Verbi Intentionis in ipsum actum mutatio, en tritam magis sternit viam *Verbum Substantivum*, cujus Ellipsis omnis fere exhibet pagina, imprimis ubi affectuosius & constrictius dominatur dicendi Genus. Haud timido legimus & hic gressu Vestigia. Genev. Versionis: *mais il a été avec le Riche*: Similque Constantini L'Empereur: *at cum Divite fuit*: Sed ultra id quod necesse est, progrediuntur, qui duplicem ex superioribus vocem קברו ויתן את קברו repeterere volunt, quasi id accentus קברו ad tuendum Dominium suum exposceret, ut sensus sit: *Sed diviti (permisit Sepulcrum suum) post mortem suam*: adeoque repetita illa duplex vox causa sit קברו ך in secunda ab ה voice. Ast praeterea quod propter novum Subjectum בומר repetitione superioris קברו non opus habeamus, etiam ille in Accentuatione positus non ignotus est, quo duae voces alias non cohaerentes propter Ellipsin, & in positu, ut vocant, majorato, per accentum Dominum conjunguntur, praecipue si tertia vox, quod h. l. occurrit, in fine propositionis existat, (x) & duae longiores in ultima propositione voces tardiosem requirant Pronunciationem: ita ut repetitionem vocis superioris causam talis consecutionis facere non teneamur.

§. XXII.

Sed revertendum erit à voce subintellecta ad expressas in commate nostro. Sicut igitur supra cum *improbis Sepulcrum* Christi in mente hostium positum vidimus, ita jam *Excelsa Ejus cum divite* Ipsi data iustrabimus. Sed dives de Divite ושי evagandi daretur materia in colligendis sententiis, parcum tamen post uberem aliorum messem nobis erit spicilegium.

§. XXIII.

Glassii & Welleri ושי pro ושי jam indicavimus, & quia pari Exemplo haec Enallage se non tuetur, eandem deseruimus. Retinet *Calovius*

(x) vid. accuratissimus in hac re VVeimatus in Doctr. Accent. Reg. IV. Sect. I. Membr. II. (c) p. 51.

1288

vius concretum, eadem tamen cum Glassio mente: Sed cur sic Sepultura ante mortem, & קבר sine ב ex inferioribus contra morem huc trahendo, poneretur? Insuper Theologorum Cathedris relictum esto, an hic ante Sepulcri descriptionem de fructu passionis textus loquatur. De homine divite plurimi עשוי exponunt, proprie alii, alii improprie: Divites peccato Lutherus & Calvinus supponunt, ipsum tamen Lutherum propria versio non impedit, quin obscurum hunc fateatur (y) Hebraismum: & huic non prius se subscripturum Cloppenburgius (z) dicit, quam ubi similem vocis עשוי significationem aliquis dederit.

§. XXIV.

Pilatus Aliis per עשוי notatur, cui Christus in morte expositus fuit, ut ab ipso corpus expeti debuerit: Nituntur illi Eccl. X. 20. ubi עשוי de Magistratu. Anceps inter Pilatum & Josephum hæret Noldius: At solvit omne dubium ἀνδρῶν πλῆθος Josephus Arimathæus, digito hic à Propheta monstratus. Erant עשוי κατ' ἐξοχήν superius Latrones, erit Josephus item in excellentiori gradu ille Dives, tum propter insignem opum affluentiam, à quâ Evangelistæ Eum commendant, tum quia opes suas ad honestum Christi Sepulcrum conferens eadem supremo Possessori humillime refundebat, & inde usum divitiarum recte attendens, perfectissime hoc nomen ex animæ corporisque divitiis sibi proprium facit. Placet hæc expositio Cloppenburgio, qui accurate nomen עשוי à Spir. S. in N. T. expressum fatetur in Josephi cognomento ἀνδρῶν πλῆθος.

§. XXV.

Accedamus tandem ad ipsa מרת EXCELSA Domini, quæ quasi acerbum Golgatha plures quam tres Philologis fixere cruces. Pars Interpretum מרת radicem nostri מרת amplectitur, ita ut ב servilis non radicalis ipsis audiat, versioque fluat: in moribus Ejus. Infinitivum, ex verbo retinet Schnepfius: in mori Ejus: cui tamen affixum obstabit; Cæteris pluribus probatur nomen, diversissimo tamen sensu. Mortem populi & hostium Christi eliciunt Aliqui, quò & Piscator & Cloppenb. Junii mentem reducant: & in hoc Chaldæo assentiuntur, cujus Paraphrasis mortem perditionis exhibet. Aliis de Morte Christi מרת loquitur, quibus emphatica pluralis Enallage cruciatuum varietatem designat. Majorem adhuc Emphasin latitare in plurali hoc credunt, qui de duplici Salvatoris Morte Prophetam loqui existimant, per illud Moris morieris hominibus impositam. Clemens ille Apostolorum discipulus à

B 3

Moro

(y) Tom. III. lat. Jen. fol. 427. (z) in Lectionibus Canicul. p. 39.

Moro producitur, quod in sua ad Corinthios Epistola (aa) Christum corpus suum tradidisse dicat pro corporibus nostris, & animam pro animabus nostris, ut ita duplex Christi Mors efficiatur. Sed audiamus *Morum* (bb) ita mentem suam circa hæc allata explicantem: *At hæc omnia præclare quidem cogitata, nullo nituntur Scripturæ loco, nec hebraici consuetudine Sermonis.* Quare & nos hoc magis subtile quàm Verum dictum cum Cloppenburgo (cc) credimus.

§. XXVI.

Qui itaque \beth pro Servili habent litera communem ei significationem, quàm in notat, tribuunt, ita ut in *mortibus suis* fuisse Christus dicatur cum Divite. Sed optime observat *Noldius* quod inconvenienter Christus dicatur fuisse cum divite in morte sua, quæ rationem non divitis sed quàm maxime miseri hominis habuit, quare magis congrue \beth post transponit, ad Josephum & splendidum Ejus sepulcrum respiciendo, quod post mortem Salvator consecutus est: Stabit pro hac expositione literæ \beth Esa. XVI. 14. Ex. II. 23.

§. XXVII.

Placeret etiam præ cæteris omnibus *Noldii* Expositio, nisi pronissimus & facillimus ex illâ demum Interpretatione fluere sensus quàm במתיר per EXCELSA EJUS exponitur, atque ita \beth non pro servili sed radicali habetur litera. Vocem itaque absolutam ponimus כמה excelsum aliquid & elevatum supra terram, uti Græcorum βῆμα & βωμός signantem. Hæc autem omnia quàm optime ad Sepulcrum Christi, quod cum Divite Ipsi datum est, applicari posse, quis non videt, Sepulcrorum Judaicorum structuras & enimentiam perpendens? Et bene quidem hac ratione Divitis במתיר opponuntur ipsi קבר vili & communi Sepulcro, quod hostes cum improbis Christo destinaverant, ita ut nominato Damnatorum Sepulcro etiam commodissime splendidum Sepulcrum monumentum à Propheta indicetur.

§. XXIX.

Autorem accuratissimæ hujus Expositionis *Rivetus* & Alii faciunt, *Joh. Forsterum*, cujus Sententia tanti visa est Mercero & reliquis, ut eam cum applausu sequi voluerint. Sed *Morus* (dd) antiquiorem Inventorem detegit, eumque *Abenesram* qui eadem omnia è suis Magistris hausta jam

(aa) prima illa sine dubio erit, quam *Magnif. Dn D. Itigius* utique genuinam cum *Danhanero* in *Christeide* & *Fechtio* in *Thesibus Patristicis* asseruit, in *Theol. Clementis*, quam in *Prælect. publ. ad Theologiam Patrum* exhibuit. §. 9. (bb) l. c. p. 86. (cc) in *Lect. Canic.* p. 38. (dd) in *Annot. suis* p. 86. 87.

1988
jām proposuit. Ne autem quis Judæi asserta tanquam vana aspernaretur, latius aliquantum digredi voluit Morus, & bonum id factum ostendere, quod Judæos in potestate vocis enucleanda habeamus consentientes, cum alias Christiani, si id soli egissent, causæ suæ & hypothesei servire videri possent, ut facilius hæc ad Josephum Arimathæum inflecterent. Uti autem Magistris Abenesræ בַּמֶּתָּה structurem, quæ Sepulcris imponitur, notavit, sic ipse Discipulus per בַּמֶּתָּה Sepulcrum notari asseruit.

§. XXIX.

Quibuscunque autem omnia Judæorum placita nescio ex quo pio zelo contemnenda judicantur, quæ digna non sint nisi ut atri eadem mordeant livores, illis alium hujus Expositionis fontem ostendemus, Librum scilicet (ut ipse Titulus loquitur) non ex Rabbiorum commentis, nec stulta Doctorum imitatione, sed ex ipsis S. Bibliorum thesauris & eorundem accurata Locorum collatione depromptum; Est is Dictionarium jam nominati D. Job. Forsteri, Witteb. Theologi & hebr. Lingvæ Professoris, qui magno adv. Judæos Zelo plenus forsan non inspecto Abenesrâ plane idem de nostra voce fert Judicium, eamque ad Sepulcrum Josephi, quod in monte Calvariæ excelsa instar Sacelli Petræ habuit incisum, splendidum, amplum, magnificum, refert, (ee) nec ullum dubium superesse dicit, quin hoc nomen isti monumento respondeat.

§. XXX.

Præter Argumenta vero, quæ sparsim in superioribus pro hac sententia ursumus, quod scilicet commodissime monumentum splendidum vili Latronum opponatur Sepulcro, quodque, si כּ in בַּמֶּתָּה servilis esse debet, magis in כּבֵּר comparet debeat, etiam Grammaticam hac hypothesei minime offendemus. Præ cæteris autem murmura sua crepunt Grammaticorum filii circa Scheva sub כּ tanquam servilis literæ servile punctum, cujus loco, si כּמֶּרָא assumitur, (ר) foret immutabile. Prævidit jam Abenesra hos Grammaticorum insultus, iisque hoc occurrit, responso, quod duas vox nostra formas admittat, alteram cum (ר) immutabili, alteram cum (י) hujus loci, plane uti vox סְרוּסִי Est. II. 21. cum (ר) & eadem Gen. XL. 7. eum (י) occurrit, licet ubique Evnuchos denotet. Et quid impedit, quin singularem hanc punctationem forsan studio factam cum Forstero asseramus, quò notabile illud Sacellum, plane in alium, quam cætera Excelsa usum exstructum indicaretur, in quo, non ut in aliis Excelsis sacrificatum, sed nobilissima peccatorum mundi victima, repõ-

(ee) facit hoc Forsterus longo Discursu in rad. כּמֶּרָא.

reposita fuit: quemadmodum in Prophetiis talia multa Forsterus esse dicit, quæ punctorum irregularitate quoddam mysterium indicant, quò illud ילרתיך Pf. II. 6. refert.

§. XXXI.

Ast plura adhuc largiemur: Esto, mediam ך suum (-) non variare, ita ut ultra viginti militent pro suo כוּמ exempla, quæ - retinent, ut ut כמַר à fine augeatur: aliam radicem, quæ (*) variat, cum Drusio (ff) amplectemur eamque כמַר unde nomen כמַר habeat suum (!) uti שנוּר à שנוּר suum consequitur. Ast quantâ insurgunt voce: Fingis quod non habes, radicemque כמַר ad tuenda tua modò sculpis placita! At ostendant nobis suum כוּמ quod ex (-) nominum immutabili tantum concludunt, & nos eâdem pagina monstrabimus nostrum כמַר quod eodem jure ex nostro (!) suspicamur. Ignota נע est eadem duarum diversarum radicum significatio? Cur כוּמ non cognatum significatione, licet literis diversum כמַר ferret, cum tamen שחַ ferre possit שחַר in eodem *inclinandi* significatu? ecurr paupertatem hodiernæ lingvæ pristino flori ubertatem denegare patiemur? Obtendimus Adversarius ששון & דרון forment horum nominum radicem quam velint, eligant, quicquid arridet, sive ששית & זרה sive שוש & זור sin prius placet, propter (!) nominum, idem experiantur responsum, radices istas tertix ה non esse in Lexicis: sin posterius, quod Lexica habent, en concedant necesse est, mediam ך etiam aliquando suum (-) alias immutabile in (!) corripere posse. Et ita nostrum כמַר vel ex כוּמ vel ex כמַר punctum suum correptum ostendet.

§. XXXII.

Nulla itaque nos urget necessitas corruptionem Textus hebræi cum Forstero suspicari: quid juvasset Judæos puncti mutatio? Quis omnes in orbe codices vitiatos crederet? cujus ævi accusaremus Judæos? accedit quod aheneus pro integritate Textus hebraici murus, Masora, jam singularem nostræ vocis punctationem notaverit; testis adest Jonathan Uzzielis in sua Chald. parapsi. Et ipse demum ex pio zelo ad se rediens Forsterus fatetur, etiam sine corruptionis suspitione vocem כמַר ut singulariter à Spiritu S. punctatam posse admitti.

§. XXXIII.

Nec offendat Aliquem magni cujusdam Viri objectio: *Hæc Excelsa non statim sunt Sepulcra*; quasi etiam obtentâ vocis Significatione can-

(ff) in LL. Diffic. Pentat. in Lev. Cap. 80. p. 314.

199
eandem tamen ad Sepulchrale monumentum Christi applicare difficile foret. Non opus autem erit nobis Excelsorum nomen ad Sepulchrum Christi exinde cum Forstero deferre, quod in excelsa Calvaria monte situm fuerit, nec Argumentum ex eminenti adsciscere structurâ; Ipsa adesto Scripturæ denominatio. Sequatur autem, quicumque velit, Abenesram cum Magistris suis ad Deut. XXXIII. 29. respicientem; nobis satisfaciunt Excelsa Idololatrarum juxta Domum DEI pro cadaveribus Regum condita, Ezech. XLIII. 7. & quod ap. Es. LXV. 4. ipsa excelsa Deorum, quæ Israel inhabitans, irritare Deum dicitur, sepulchra vocentur per contemptum. Clarissime autem Celsitudinem Sepulchri quisque legat Esa. XXII. 16.

§. XXXIV.

Audiamus & hic ingeniosissimi Viri, quem Vratislavia nostra in deliciis, exterique solidioris Eruditionis æstimatores in admiratione habent, *Cassp. Neumanni* nobis consentientem hypothesin, ex significatione literarum symbolica vocem **במ** ita enucleantem, ut corpulentiam augustam, h. e. tumulum excelsum denotet. Ne autem quis excipiat, colles forsitan sic optime delineari struendis facellis & Altaribus olim adhibitos, (quos nomine **במור** alias venire quisque nobis largietur) etiam Significationem Sepulchri commodissimam: **ב** cubum concavum depingens omnis quantitatis signum est, sive ea sit corpus solidum, quod ad colles, sive Locus internus, quem spatium dicunt, solidi corporis receptivum, quod ad Sepulchrum: Nobis itaque **ב** Corpulentiam spatium interne exhibentem, **מ** autem dilatabilis & augusta Hebræorum litera cum **ב** juncta sistet Corpulentiam interne vacuam & augustam, quam significationem præcedentium literarum **במ** non leviter urgebit atque coram sistet, adeo ut splendidum aliquod sepulchrum per **במ** satis indicetur. (gg)

§. XXXV.

Nec est, quod cuiquam mirabile videatur, Pluralem loco singularis numeri legi, *Excelsa* & non *Excelsum*: nonne & adversa pars *Mortes* pro *Morte* dicere cogitur? quod an convenienter satis fiat, Alii judicent, qui **מתי** non de Morte sed cruciatibus tantum Mortis & periculis adhiberi

C

con-

(gg) vide **מתי** s. Exodum Lingvæ S. laudatissimi Autoris, Præf. p. 3. & 4. & mirare ingenium. Ipsam v. vocem **במ** in significatione Tumuli Sepulchris imposti exhibitam vide in **מתי** p. 177. ubi post Forsterum, Merceram & Schindlerum etiam Ant. Bynzum in Hist. pass. Christi Cap. XX. §. 20. ita hanc vocem exponentem, citatos invenies.

contendunt. Nota nos excusabit Enallage Numeri, vi cuius & h. l. *Excelsa* pro *loco excelsa* ponuntur: fitque hoc ad denotandam magnitudinem & Excellentiam; (hh) utrenim יְשׁוּעָה omnimodam beatitudinem, & תְּשׁוּבָה maximam salutem in plurali signant, sic etiam *Excelsa* Christi tanquam maxime notabile & splendidum Sepulcrum cæteris omnibus præferendum, hac enallage sistuntur.

§. XXXVI.

Stabit itaque ex his quæ diximus, genuina commatis nostri Versio: DARE QUIDEM VOLVERUNT CVM IMPROBIS SEPULCRVM EJVS, SED (FVERUNT) CVM DIVITE EXCELSA EJVS; Quod mutatis paucissimis Lutheri Germanica Versio hoc modo exprimeret: Man wolte Jhn zwar begraben wie die Gottlosen/aber sein Grab ist wie etnes Reichen gewesen.

§. XXXVII.

Possimus jam enucleato, pro Virium tenuitate, commate nostro, *Excelsum* Sepulcri monumentum deserere, nisi adhuc pedem ultra movere, & id, quod velut è longinquo cum Propheta nobis intueri concessum fuit, jam etiam propiori oculo brevibus adspicere animus esset. Minime vero per omnes nos vagaturos Circumstantias quis deprehendet, sed ea modo delibabimus, quæ splendidi hujus monumenti cognitionem vel tenui sistere poterunt lineâ.

§. XXXVIII.

Materiam hujus conditorii Saxum fuisse extra controversiam est: nondum tamen inter omnes convenit, an compactile illud Saxum & struibile, an vero Petra in suo nativo fuerit loco. Committemus hîc magnos duos in studio Antiquitatis viros, *Salmasium* & *Casaubonum*, quorum Hic (ii) Sepulcra Judæorum Cavernas in Petra (quarum multas Solum circa Jerusalem, juxta Strabonem ὑπόπετρας, habuit) excavari solitas appellat. Juvare eandem sententiam videtur Marcus, qui μνημείον hoc sistit tanquam λελατομημένον ἐν πέτρας. Sed contra hæc observavit *Salmasius* (kk) quod πέτρα licet antiquæ Græciæ rupem signaverit, mediæ tamen quemlibet norasse lapidem, etiam coementitium, adeo ut ex ista denominatione nullum pro rupe existat Argumentum, præcipue cum non dicatur: ἐν τῆς πέτρας, ex rupe quæ ibi erat; sed nude ἐν πέτρας i. e.

(hh) v. Glass. Gr. S. Lib. III. Tr. I. de Nom. p. 88. 89. (ii) citatus à doctiss. Bald. V Valæo in Comment. perpetuo ad Libb. Hist. N. T. Luc. XXIII. 53. p. 783. Edit. Amst. 4. 1662. (kk) in VValæo ad Matth. XXVII. 60. p. 358. 359.

ἐκ λίθου. Incredibile præterea videtur Salmasio, hortos illos Saxofos & Scrupulosos, totamque terram ὑπόπαστρον fuisse, & in victoriam sententia suâ antiquiorem vocis πέτρας significationem ex Paulo Silentiario exhibet, cui & marmora cæsa & polita πέτρας vocare non infrequens est. Ne autem Illi qui cum Casaubono faciunt ex suo λατομεῖν aliquid pro sua probatione eruant, significationem hujus vocis vulgarem ita sistit Salmasius, ut Lapidem ex Lapidicina cædere illam notare dicat.

§. XXXIX.

Placet itaque Salmasio Lapidem cæsum & politum Materiam Sepulchralis hujus monumenti statuere, præeunte Luca, cui λάξευτον μνημα, i. e. ex lapide polito & quadrato cæsum audit: quam Interpretationem exinde evincit Salmasius quod λαξόεισ is dicatur, qui lapides polit & levigat. Quicquid vero sit, nobis sufficiat, Sepulcrum Christi non depressam fuisse fossam, sed lapideum aliquod & splendidum monumentum, quæ omnia egregie ad Prophetæ כמר faciunt, per quæ pretiosum & magnificum, etiam ratione materiae, Sepulcrum designatur, tum ex oppositione ad קבר tum ex emphatico, quem exhibuimus, plurali.

§. XL.

Nec minus Forma cum structuris splendida Excelsa nobis sistere poterit. Fornicatum enim & structuris ornatum hoc monumentum fuisse probabile est, qualia Ditiores (ll) inter Judæos possidebant. Augustum fuit spatium, in quo capedines pro variis excisæ erant corporibus, ita ut octo vel tredecim (mm) cavata exhibuerit spatia, quæ sub nomine כוכין Lightfootus (nn) exhibet. Nam id moris erat priscis Judæis, ut non quisque separatim, sed tota familia in uno conderetur monumento, ita tamen ut singula corpora separatim clauderentur foraminibus. Atque adeo in modum domunculæ exstructum à quibusdam asseritur Monumentum Domini, quæ aditum non è supernis, sed ab anteriori parte habuit. Non enim erant Judæorum Sepulcra qualia nostra, quibus sic excavatis, ut fursum pateant, cippus superimponitur; sed erant spelunçæ ante se fossam exhibentes, è quâ ostium ducebat ad Antrum spelunçæ, ut Ludov. de Dieu (oo) eadem depingit. Spelunca tamen seu Excavatio aliqua cæterâ areâ profundior erat quatuor cubitis, in quam Cadaver dimiserunt, paratis ibi ad varia Cadavera variis loculis, ut Lightfootus (pp) observat. An vero Spelunca ista duplex & perampla fuerit, cujus Pars anterior vestibulum,

C 2

(ll) Salmaf. in VVal. l. c. (mm) Casaub. in VVal. ex Rabb. (nn) in Centuriis Chorographicis Matchæo præmissis Cap. 100. p. 170. (oo) in VValæo ad Joh. XI. 39. p. 928. b. (pp) in Centur. Chorogr. Matth. præmissis Cap. 100. p. 171.

bulum, posterior autem pariete quasi interstincta specum Sepulcralem demum exhibuerit, Baronio & Janfenio, quorum ille Cyrilli Hierosol. Catechesi XIV nititur, ostendendum relinquimus. Huic tamen descriptioni accedere videtur illa *R. Simeonis* apud Lightfootum l. c. ubi ad Gemaristas & Glossatores summâ curiositate & prolixitate hæc tractantes Lector remittitur.

§. XLII.

De externis structuris & ornamentis nihil certi constat, licet talibus conspicua olim fuisse Judæorum Monumenta Antiquitas loquatur, uti de שַׁבָּת Columna seu structurâ, quæ olim Sepulcris in singulare impenebatur ornamentum, Lightfootus (qq) quædam adducit, de Exornatione Sepulcrorum Prophetiarum à Judæis facta agens; quæ ornamenta ipsi שַׁבָּתִים inde appellata videntur, quod memoriæ sacra fuerint, atque demortuorum velut vitam & animam in oculis Posterorum conservarent. Cyrillum (rr) huc citare non incommodum erit, qui adhuc sua ætate in Judæa moris fuisse dicit, ut Monumenta saxea, quale erat Dominicum, ante ipsum aditum habuerint $\sigma\kappa\acute{\epsilon}\pi\eta\eta$ ex eodem excisam Saxo, quam nonnulli de prominentia quâdam ornatus causa, quâ magnarum ædium superliminaria solent ornari, exponunt. Et licet Cyrillus fateatur, nullum suâ ætate ejus modi ornamentum existisse in Sepulcro Domini, quia tamen Forma Sepulcrorum eadem fuit, non dubitat affirmare, tale quid fuisse prius.

§. XLIII.

Subterraneam Speluncam cum *Cyrillo & Casaubono* Aliqui Sepulcrum Christi faciunt, quod parum vel nihil supra Terram eminuerit: Causam hujus rei in descriptione Sepulcrorum judaicorum Salmasius (ss) exponit, ne fætor Cadaverum, quæ integra condebantur, auram corrumperet, quod fieri potuisse exemplo Lazari $\tau\epsilon\tau\alpha\rho\tau\epsilon\iota\varsigma$ edocemur. Non enim Judæi more Ægyptiaco olentem funera myrrham interius inferebant ventri, & medicata contra omnem putredinem Corpora servabant, sed exteriora modo demortuorum ungebant membra. Majori autem Aliis Dormitorium Christi supra terram surgit eminentiâ, ita ut Excelsorum nomine jure superbiat: prominuisse autem aliquas Sepulcrorum structuras exinde inter alia suspicari licet, quod Judæis dealbatio Sepulcrorum Mense

Adar

(qq) ad Matth. XXIII. 29. in Hor. hebr. & Talmud. (rr) in Catech. XIV, ut cum superioribus citat Sagittarius in Harm. Pass. Paet. III. §. CXIX. (ss) in VVal. x. ad Joh. XI. 39. p. 928.

Adar in usu fuerit, referente Lightfooto, (tt) qui Distinctionem Sepulcrorum e Judaeorum Magistris in profunda & picta, quibus Salvator Scribas & Phariseos comparat, adducit.

§. XLIII.

Locum huic Monumento S. Historia assignat, quod extra urbem fuerit non procul a monte Calvariae: Non enim intra urbem sepeliebant, nec permittebant Cadavera aut Sepulcra intra quinquaginta cubitos ab urbe, ut iterum Lightfootus (uu) etiam hanc constitutionem inter Canones & Cautiones de Spatiis & Locis quam proxime urbi adjacentibus, exhibet. Sanctitas quippe urbis omnem eliminabat foeditatem, ita ut Mortuum in urbe pernoctare, & ossa demortui per Eam portare non permiserint: Sepulcrum Hierosolymis nemini concedebatur, quorum nulla urbs habebat, nisi quae singularis prerogativa honoris Viris principibus ex familia Davidis ibi struxerat, quibus Huldae Prophetissae conditorium accensetur ab Anglo Doctore, Lightfooto. (xx) Erant igitur omnia extra urbem Sepulcra, Vulgaria quidem in camiteriis publicis, per quem locum nullus aquarum derivabatur Canalis, nulla ducebatur via publica: nobiliora autem excisa in Petris non modico sumtu & artificio parabantur. (yy) Talisque Locus specialior etiam Sepulcro Christi tribuitur, quod in orto, ut olim Manassis & Ammonis, Judaeae Regum, exstructum fuerit, forsitan etiam sumtu & artificio non modico.

§. XLIV.

Quicquid autem Splendoris, quicquid Formae & Structurae fuerit, id omne temporis injuria, & licet illa pepercisset, hostium manu inter sua rudera diu sepultum fuit, nullaque plane aut dubia Loci relicta est memoria: Saviit Romanus non minus in circumjacentes agros, quam ipsam urbem, omneque decus furore suo deformavit, adeo ut mirum sit Bedam suo tempore Sepulcrum Christi, ut superstes delineare posse (zz) ejusque altitudinem ita determinare, ut culmen ab homine erecto attingi non potuerit. Sed liceat Venerabili Patri Eusebium opponere, qui (aaa) Sepulcrum hoc a Gentilibus ex odio nominis JESV obrutum, factumque super illo nefandum revera & execrabile animarum bustum, & recessum Lasciviae Veneris, scribit; quare & Ambrosio (bbb) Golgatha Mons Venerarius audit.

C 3

(tt) ad Matth. XXIII. 27. in Hor. Hebr. & Talm. p. 432. (uu) in Centur. Chorogr. Matthaeo praemissis, Cap. 98. p. 167. (xx) l. c. Cap. 21. p. 43. 44. (yy) Lightf. l. c. Cap. 100. p. 170. (zz) in Lib. de Locis Sanctis. (aaa) Lib. III. de Vit. Const. Cap. 74. seqq. (bbb) in Psalm. 43.

audit. Non ducemus hic calamum per tot vastationes, quibus ab Adriano, Persis, Saracenis, Saladino & Selimo in illud sævitum fuit, nec omnes persepemus ruinas. Hæc enim omnia magnæ Lectionis Scriptor *Gisb. Voetius* in Dispp. Selectis (ccc) ita exhibet, ut nihil ex tot furoribus integrum remansisse monstret. Facile itaque colligere est, cujus fidei sint novæ multorum descriptiones ab antiquis plane discrepantes, & quàm decepta sit facilis quorundam in hac re fides.

§. XLV.

Aliquid tamen Gloriæ *Gorlicio* relictum esto: Numerat inter notabilia sua urbs hæc S. Sepulcrum, quod ab occidentali Ejus latere conspicua pandit spatia. Attulit hoc longi Orientis decus in agros suos *Georgius Emmericus*, suamque urbem nitido hoc donavit munere. Et licet antiquæ ibi non surgant moles, quas Josephi Hortus exhibuit, licet eadem non pateant Antra, quibus Domini illatum est corpus, licet iidem non circumstent polita marmora splendor, quæ Excellentiam primi magnificavere monumenti; (quis enim eam ex tot ruinis venaretur Gloriam?) Schema tamen Sepulcri, quod hodie veneratur Oriens, quod tot Peregrinantium fatigavit itinera, idque accuratæ dimensionis, in sinu possidere, utique urbi huic in pretio erit.

§. XLVI.

Sed ad Orientem regrediamur: Alienum erat, non propriæ possessionis Sepulcrum Domini, quod à divite Josepho tanquam gloriosæ quietis Locus Ipsi offerebatur. Interim singulare aliquid in eo habebat, quod novum esset, neminisque antea intra spatia sua receperit Corpus, cujus rei variæ à Variis afferuntur rationes, & inter alias ab *Hieronymo*, (ddd) ne post resurrectionem manentibus cæteris corporibus resurrexisset alius videretur. Placuit autem Salvatori in novo condi Monumento, utpote, cujus multis in rebus, quibus utebatur, licet in se vilibus, eximium aliquid apparuit. Asinino Rex urbem ingrediebatur pullo, sed qui omnem extra usum antea fuerat. Audiamus hic Morum in sensu commatis noni ita loquentem: *Non impune fuit Judæis tantum scelus, quod impleverunt, Eum pari cum impiis Latronibus & supplicio & Sepultura destinando: At Deus qui voluit in summa Ejus Ignominia divinitatis apparere stricturas & significationes, ut nasci Eum voluit ex muliere, sed virgine, in præsepi, sed quod stella monstravit, & in cruce mori, sed in quâ, quod regium est, peccata condonavit; ita & sepeliri, sed in Sepulcro novo & ab impiis separato, &*

im-

[ccc] Part. III. de Peregrinationibus p. 1001. [ddd] in Cap. XXVII. Matth.

1996
imprimis honesto. Instinctus enim à Deo est dives ille Arimathæus, hanc ut-
suram susciperet; Sic decebat Eum alio saltem tegi tumulo, qui fuerat in-
eandem Crucem actus cum violentis illis & dolosis, ut, si nullum in morte, sal-
tem post mortem discrimen appareret longe maximum inter illos & illum, qui
rapinam non duxit similitudinem cum DEO, & cujus nec in manibus violentia,
nec ullus in ore dolus.

§. XLVII.

Clausum denique etiam Sepulcrum hoc intueamur. Saxum ingens
ostio admotum est, vel Monumenti integri, vel conditorii arctioris, in-
quo Corpus Domini recubuit. Ultimum quod posuimus, *Georgii Calixti*
sententia est, qui parum interfuisse credit cætera omnia claudi, cum Mo-
numentum esset novum, in quo nondum quisquam positus fuerat. Sed
prius arripit *Sagittarius* (eee) iis præcipue ductus rationibus, quod primo
nondum certum sit, an singula illa Monumenti foramina singulos suos
habuerint Lapides; deinde, si maxime habuerunt, tam ingentia tamen
saxa non fuisse putat, ut non una vel altera mulierum, nedum plures, fa-
cile potuerint movere loco. Adjicit adhæc laudatus Autor, se nondum
pervidere, quid Barradium moverit tres distinctos Lapides, Vestibuli, spe-
cus & conditorii ostiis concludendis fingere, cum unus jam sufficiat, ta-
cente de reliquis Evangelistarum Historia.

§. XLVIII.

Munitum lapide satis esse potuisset Sepulcrum Christi; sed plura
congererat hostium nec post mortem cessans rabies, & vel ahenea Salva-
tori figere nitebatur repagula. Præter custodes enim, quos à Pilato ex-
petierant, Lapidem obsignabant, & quodsi Nicephoro subscribis, non
solum annuli impressione, sed ferramenti etiam ostium fuisse firmatum,
traditio quædam ad Ejus usque tempus propagata, tibi persuadebit: ve-
nerari præcipue si volueris venerabile Bedæ testimonium, Sepulcrum ita
describentis, ut lapidem adhuc suo tempore vinculorum ferreorum mon-
strasse dicat vestigia: quasi vero lapis tam longi temporis injuriâ aliunde
facere vitium non potuerit. Licet vero *Henr. Müllerus* in suo *JESV* pa-
tiente Bedæ testimonio aliquid tribuat, illud tamen *Sagittarius* (fff) una-
cum Nicephori traditione rejicit. An autem obsignatio ex Grotii con-
jectura Pilati Annulo, an alio modo facta fuerit, inquirere hîc superfe-
demus,

[eee] in Harm. Pass. Part. III. Cap. IV. extremo, ubi Calixtum adducit. [fff] Part.
III. Harm. Pass. fere extr. ubi Nicephori traditionem ex Lib. I. Cap. 32. ad-
ducit.

demus, Sedulii Poeta Verba (ggg) quibus cecitati hostium Christi eleganter illudit, apponentes:

Consiliis armate dolos, signate Sepulcrum,
 Ponite custodes, monumento advolvite Saxum,
 Quis poterit servare Deum, cui Cardine rerum
 Cuncta patent, undis habitat, per Tartara regnat,
 & Cœli de nube tonat?

Sed postquam obsignatum vidimus Sepulcrum, etiam laborem nostrum hic obsignamus, magis in id post brevem hanc de Sepulcro JESV Meditationem annifuri, ut cum Gerharo & Sagittario ex spinis uvas, ex tribulis ficus colligamus, h. e. impium Judæorum in obsignando lapide factum in eam convertamus Pietatem, ut ipse Salvator dives fide & Sanctitate habitaculum in corde nostro inveniatur, ibidemque Spiritus S. præsidio & Custodiâ, fideique & Sacramentorum Sigillo teneatur in perpetuum.


(ggg) ex Lib. IV. Carminum.


בשכמלו


Ad Plurimum Reverendum Dn. Parentem Præsidis
 hujus Disputationis dignissimi, ingenio & arte
 florentissimi,


Optime Vir, Natus Tua nunc vestigia calcat,
 Virtutemque Tuam patriasque attingere laudes
 Conatur, studiumque suum, sua Scripta probare,
 Atque mihi testi poterunt dare pondera grata;
 En atrium Sanctæ doctrinæ mente revidit,
 Profectusque suos nobis doctissimus ausus
 Indicat, ac auctas defensio publica laudes
 Addit; Sic fiet post hæc ut viscera tandem
 Eusebies possit scrutari, dignaque Jovæ
 Dignus apostolicâ spartâ sua munera solvat.
 Nam Natum pietas & Cœli filia poscit
 Religionis amor; de quò, Pater Optime, grator.
 Natum quem nuper fecit doctrina Magistrum,
 Religio perfecta beet; quod pluribus opto


M. Johannes Günther/ Diac. ad D.
 Nicolai, & Collegiatus Collegii B.M.V.
















Abramo ap-
tratis volun-
alias orato-
cum Ioh. V.
coll. v. 13.
gumentum
τόν Θεόν τῆς
aticum, su-
ellat Moses
o Christum
huc affer-
endum no-
Pauli verbis
cognosci-
Matth. IV.
esse. Nam
sibi con-
distinctio-
exisse. Et
XXIV. 9.
a seu glorio-
rituto eius,
ntu forte
OTIVS su-
tam plane
ntu huius
bed-Edo-
nus igitur
m arrisisse
rum para-
cit. mo-
rca illam
enasci

enasci possent lectori ex
Videlicet (α) quando Mo
sicut dixerat ei Iehoua perrex
annorum, cum egrederetur de
nomine, quod neutiqua
prolata intelligi queant d
cum quod ibi adhuc de
egredi, quippe in quo ne
75. annos habebat, quos
buisse, cum hæc c. XII.
Per nos enim anno 701
hæc difficultas quosdam
tes dirimendum, & pri
parenthesi quasi inclusum
pertrahendum esse; pos
riori segregatum ad post
esse, a qua sententia alie
ad Act. VII. 3. f. 854. b. fi
ne insuper, quod Haran
rami appellari non potu
ret a cognatione sua, v
non habuerit. Quamqu
omnia, non tamen sat
Quod enim ad proxim
confirmare volunt supra
mus ab eadem, quia ex
nomine quoque Haran
initia v. c. de prima Ab
obstat, quod nulla in i
quem tamen primam p
mul fuisse, totidem verb
igitur iam, commemor
surus non fuisset. Qua
obtigerit diuina reuelati

quæ tractauimus verbis.
XII. addit: abiit (Abram)
Loth, eratque Abramus 75.
quere hoc videtur duplici
Mosis in v. 1. 2. 3. c. XII.
e in Vr quondam facta,
potuerit iuberi ex Haran
t, tum quoque quod non
erte ait Moses ipsum ha
uocatio ipsi contingeret.
exire iussus est. Adegit
uerent, v. 4. in duas par
thium vna cum v. 1. 2. 3.
em ex Vra profectionem
m v. 4. incisum ab ante
Harar vnice referendum
B. CALOVIUS *Bibl. Illustr.*
rgent alii pro hac opinio
ctum Tharam, terra Ab
ræcipi eidem, vt discede
o in Haran reliquam sibi
rudite excogitata sint hæc
igorosius ea examinanti.
rationem, qua amplius
lata, nos merito abstinui
V. 4. 7. & 38. constat, eo
posse. Quo minus vero
ctione ex Vr accipiamus,
ichio fit Tharæ mentio,
m vrsisse, & ingressum si
Moses Gen. XI. 31. illum
Abramo & Lotho, omif
non Tharæ, sed Abramo
imum tamen ea, Abramo
inter-

